

Insuper Claudianus Mamertus lib. 2. de statu animae cap. 9. Salvianus Massiliensis epistola ad Salonium, Marcellinus Comes in Chron. Isidorus de viris illustribus cap. 15. Ado Viennensis in Chron. Hujus senioris Eucherii est disertissimus tractatus ad Valerianum cognatum suum de contemptu mundi, scriptus, ut ipse de se fidem facit, anno Romanae urbis conditae 1085, qui fuit Christi 432. Praeterea epistola de laudibus eremi, seu de vita solitaria ad sanctum Hilarium, priusquam electus esset Arelatenis Ecclesiae Praeful, & proinde ante annum 430. Insuper librum contexit formularum spiritualis intelligentiae, quem Verano filio suo dedicavit. Libros quoque duos instructionum ad alterum filium suum Salonium. Quisnam vero sibi persuaserit, Eucherium, qui duorum filiorum jam adultorum parens erat, qui ambo postmodum fuere diversarum Ecclesiarum Episcopi, eximium illum inquam Ecclesiae Doctorem, qui tanta sapientiae vi ac luce scripserat ante annum Christi 430. evolutis postmodum centum annis, fatis habuisse vite ac vigoris, ut duobus Conciliis interfuerit & subscriperet?

APPENDIX EJUSDEM AUCTORIS

Ad suam hujus quinti saeculi historiam,

ANTE septennium vir quidam studiosus quemdam, qui sibi obvenerat, Graecum mihi librum exhibuit. Et quia Graecam non callebat linguam, erogavit me, ut eo perlecto sibi notificarem, quidnam rei in illo tractaretur. Eum librum subservis horis perlegi, de quo nihil videram vel legeram nisi auctoris nomen apud Jornandem, qui eum nonnunquam in testimonium suae adducit historiae. Auctoris illius librum de legationibus ante obscurum & ignotum ex vetusta quadam bibliotheca erutum, vir doctus David Hoeschelius apud Augustam Vindelectorum typis edi curaverat; sed haec ipsa editio, quia sine Latina versione venalis erat, paucos reperit emptores: adeo ut nec in notitiam deveniret eruditissimorum, nec non linguae Graecae peritissimorum, qui postea scripsere, qualem honoris causa nomino Dionysium Petavium, non solum peritia linguarum celebrem, sed undequaque doctissimum, ut ejus scripta palam faciunt, in cujus manus si editio illa Augustana pervenisset, aliter in suis historiis de rebus Francicis quibusdam enarrasset, praesertim de Clodionis liberis, & de expeditionibus Attilae Hunnorum Regis, Quia vero liber ille Prisci de legationibus necdum facile reperitur, ejus hic atrox fragmentum de Clodionis geminis liberis, & de Attilae excursionibus, alii quoque ad ipsum attinentibus rebus, nostramque adjungam, ut res pluribus innoteat, Latinam translationem. Haec igitur perhibet Priscus in suis selectarum legationum historiis: Τίος ἐπὶ τῶν μεγάλων τριπέσων πολέμων αὐτῶ τῶν Ἀττῆλα ἰδοὺν καλῶς ἔχον, καὶ εἰς τὴν ἑσπερίαν στρατεύσασθαι τῆς μάχης αὐτῶ μὴ μόνον ἰσχυρῶς πρὸς Ἰταλίαν, ἀλλὰ καὶ τὴν ὠκεῖαν μετὰ τῶν χρημάτων λαβεῖν πρὸς δὲ τὸν δῶρον, καὶ ἐπὶ τῶν ἑσπερίων καταστῆσαι. Καὶ τῶν Ἀττῆλα ἰδὺν τὸν πρὸς τὸν φραγγῆος πολέμου πρῶτον, ἢ τῶν βασιλέων τελευτῆ, καὶ ἢ τῆς ἀρχῆς ἐκείνῃ παίδων διαφορά τῶν πρεσβυτέρων μὲν Ἀττῆλα, τῶ δὲ νεωτέρων Ἀέτιου ἐπὶ συμμαχίᾳ ἐπαγεσθαι ἐγγυητόσιν. Ἦνα κατὰ τὴν Ῥωμῆν ἴδομεν πρεσβυτέρων, καὶ μὴ πρὸς ἰσχυρῶν, ἔκαστος τῶν κοινῶν τοῖς αὐτῶ παρακαχόμενον δια μέγερους ἄμοις. Δεῖν δὲ αὐτῶν ὁ Ἀέτιος προσημασμένος παῖδα καὶ πλείους δῶρα δὲ, ἅμα τῶ βασιλευσίν, ἐπὶ φίλῃ τῆ καὶ συμμαχίᾳ ἀπέπεμψε. Τῶν ἑνεκα ὁ Ἀττῆλας τὴν ἐκστρατείαν ποιεῖσθαι. Διδοὺς τὸς αὐτῶν ἀνδρας εἰς τὴν Ἰταλίαν ἔπεμψεν, ὅς τῶν ὠκεῖαν ἐκδιδόναι, εἶναι γὰρ αὐτῶ ἡρωσώμην πρὸς γῆμον τεκμήριον πρῶτον, τὴν παρ' αὐτῶ πειραθέντα διακτιλῶν, ἢ καὶ ἐπιδηροσόμενον ἐτάλῃ, παραχορεῖν δὲ αὐτῶ τὴν Βαλκάνιον καὶ τὴν ἡμισίαν τῆς βασιλείας μέρος, ὅς καὶ τῶν ὠκεῖαν διαδραμεῖν μὲν παρὰ πατρός τὴν ἀρχὴν, ταύτην δὲ τῶ ἀδελφῶ ἀγαγεῖσθαι πλεονεξία. Ὡς δὲ ἐσπίρει Ῥωμαῖοι τῶς πρώτας ἐχθροὺς γῆμον πρὸς ἰδὸν τῶν αὐτῶ δειροσόμενον ὑπῆκον, εἶχετο μάλλον τῶς πολέμου παρασκήσιον, πᾶν τὸ τῶν μεγάλων ἀγῆρων παλῆσθαι. Προσέτι ὁ Ἀττῆλας μετὰ τῶν Ἰταλίαν ἀνδραποδίσασθαι, πρὸ τῶ ἐπὶ τὰ σφέτερα ἀναβῆσαι, πῶς κρατῶν τῶν ἡῶν Ῥωμαίων πόλεμον, καὶ ἀνδραποδίσθαι τῶς χώρας κατηγγελεν, ὅς μὴ ἐπιπεφῆντῶ τῶ παρὰ Θεοδοσίου τεταχμένῃ πέρη. Hoc est: Interea animo proposuit Attila in Occiduas regiones bellum inferre: nec solum in Italiam ut Honoriam cum suis opibus & juribus nancisceretur, verum etiam in Franciam hoc proposito ut Gensericum demereretur. Praetextus autem, quem obtendebat Francici belli, ex interitu oriebatur Francorum Regis, cujus occasione liberi, quos superstities reliquerat, minus bello de regno decertabant, eo

quidem qui natu major erat, se Attila adiungente; qui vero minor, cum Aetio belli societatem ac fœdus inante. Hinc juniores Romæ conspeximus legatione pro Attila fungentem, cui pro juvenia, nondum lanugo creverat, fava cesario spectabilem, cujus prolixitas humeros ejus obtegebat, eumque Aetius sibi in filium adoptarar, muneribusque cumulatum ad Imperatorem ob negociandam belli hujus societatem direxerat. Diversa ex parte Attila sibi familiaritate junctos ad eundem delegaverat Romanorum Principem, ut ab illo Honoriam poscerent Attila ipsi nupturam, qua pridem hujus connubii fidem dederat, ejusque in arrham & pignus annulum transmisserat, quo ostenso Valentinianum Legati interpellarent, ut dimidia Imperii parte cederet, quam sibi per injuriam sororis Honoriam, cui aqua successonis paterna pars debebatur, arrogaverat, Cumque peritio illa ab Occiduis Romanis rejecta fuisset, novo habitu militum delecta bellum adversus eos apparabat: eidemque proposum erat, post subactam Italiam, bellum inde a se denunciatum in Orientis Imperium transferre, hoc jure quia conventum mutuo inter se & Theodosium fœdere tributum minime persolveret.

32. Ex uno isto fragmento pleraque addidimus, quae aliunde non potuerant nobis innoscere. In primis Francorum Regem Clodionem binos post se reliquisse, cum tamen nostri existimant sine liberis decessisse. Secundo duorum horum fratrum eum, qui natu major erat, societatem belli cum Attila inivisse Hunnorum Rege: minorem vero (is non alius a Meroveo esse potest,) sese Aetio adjunxisse. Tertio, fuisse eundem ab Aetio adoptatum, Romamque ad Imperatorem Valentinianum missum; ejusque rei hunc ipsum, a quo haec conscripta sunt, Priscum testem fuisse oculatum. Hic vero Priscus jam fuerat honorificis legationibus sub Theodosio juniore persunctus, ut refert Jornandes, qui ejus passim historias in testimonium adducit. Gregorius Turonensis, qui post intermedium saeculum vixit, res istas minime compertas habuit, qui lib. 2. hist. Franc. c. 9. sic ait: Clodio civitatem Camaracum apprehendit, in qua paucum tempus residens usque ad Somnam fluvium occupavit. De hujus stirpe quidam Meroveum Regem fuisse asserunt, cujus filius fuit Childericus. Haec Gregorius. Quod vero Sidonius in carmine 7. panegyrico ad Avitum recenset, Francos in Attilae copiis, id Prisci narrationem firmat de bellica societate primogeniti fratrum circa regni paterni successonem contententium, qui ad sui open Attilam accivit, cum certum sit, Meroveum, qui aequam cum fratre regni partitionem deposebat, inter copias Aetii militasse: quod tamen Gregorius ipse Franciam contexens historiam sinit, adeo vel negligens, vel infcius fuit rerum ad Franciam historicam pertinetium. Idem tamen mentionem injicit Theodonis Gothorum Regis ejusque filii Thorismundi, qui cum Aetio adversus Attilam congressi sunt. Quod vero Priscus perhibet, Attilam adversus Gothos ideo bellum suscepisse, ut Genserico Vandalorum Regi gratificaret: Sciendum est Gensericum gravissima offensione odium Theodonis, ut vocat Gregorius Turonensis, seu ut ab aliis nominatur, Theodorici Gothorum Occidentalium, seu Visigothorum Regis concitasse. Cum enim hujus Theodorici filium Genserici filius nuptu accepisset, eandem ob veneni suspicionem Gensericus truncis naribus & auribus dehonestatum ad patrem remiserat. Ab hoc sibi metuens Vandalus, Attilam amplissimis muneribus pellectum, ut Theodoricum bello adoriretur, incitavit, ut Jornandes de reb. Gothicis can. 36. fidem facit. Hic etiam advertas licet animi grandem in Attila fiduciam quatuor simul bella moliente, eaque gravissima, scilicet adversus Theodoricum Visigothorum, cujus dominatio late per Hispanias & Gallias protendebatur, adversus Meroveum Francorum parte validisque societibus fretum, adversus Occidentis Imperatorem Valentinianum tertium, ob vindicatam sibi mediam ejus Imperii partem, specie juris dotalis Honorie sororis ejus. Haec enim ob stuprum admissum ejecta ignominiose de fratris aula, Attilam in sui ultionem accessiverat, paciscens cum eo nuptias, & pro dote dimidiam Occidentis Imperii portionem, ut Priscus hic prodit, quam sibi tamquam ex femisse cum fratre heredi debitam asseverabat. Et demum adversus praepotentem Orientis Imperatorem Marcianum, eo quod tributum annum, cui solvendo praecesserit ejus Theodosius junior se Attila devinxerat, pendere recusaret.

CONCILIIUM TOLETANUM I.

Anni 400.

I. FUERAT pridem istud Concilium communi judicio adscriptum anno Christi 407. Errori causam dederat Innocentii Papae epist. 23. ad Synodum in Tolosana civitate constitutam, seu ut relictuit Sirmodus, ad Episcopos Synodi Toletanae. Ceterum haec Innocentii epistola non ad istam, quam hic tractamus, Synodum Toletanam scripta est; sed ad posteriorem Toletanam, in qua de ordinationibus perpetam factis agebatur. Ista vero prior quam nunc tractamus, contigit sub Anastasio (qui successorem Innocentium habuit) Pontificatu. Idque praclare primus animadverit Baronius, inde quia Concilium istud primum Toletanum in definitiva, quae Canonibus subjuncti, sententia, meminit tunc viventis Simpliciani, qui Ambrosio in Episcopatu Mediolanensi proximus successerat, his verbis: Expellentes pari exemplo, quod Papa qui nunc est, quid sanctus Simplicianus Mediolanensis Episcopus, reliquique Ecclesiarum constituant Sacerdotes. Et iterum: Constitutum autem priusquam illis per Papam, vel per sanctum Simplicianum communio redditur. Posterioris vero Toletani, ad quod Innocentius Papa scripsit, annus, & decreta ignorantur. Hoc unum pro certo habendum, acquivisse placitis in epistola Innocentii comprehensis, atque ita Hispanarum Ecclesiarum compressa fuisse diffidia, quibus illæ perniciose infestabantur circa conversos ab haeresi Priscilliani Episcopos, utrum in pristino dignitatis gradu recipiendi essent, & circa permultas ordinationes Ecclesiasticas, quas constabat factas contra Nicænos aliosque sacros Ecclesiae canones, quasque aliqui irritas & pro nullis habendas, alii qualitercumque factas subsistere ac sustineri debere contendebant. Innocentius de diversis ordinationibus diversa praescribit. Sed quod ad futuras ordinationes attinet, praecipit in eis posthac sacros Canones inviolate custodiri. Ad stabilendam vero necessariam pacem, pro qua concilianda Hilarius Episcopus, qui subscriptus Concilio Toletano legitur, & Eupidius Presbyter ex Hispania Romam ad Innocentium commigrant, Symphonium & Dictinnium Episcopos & Comasium Presbyterum, aliosque ex Priscilliani secta redeuntes, quos Toletanum primum Concilium damnantes Priscilliani sectam, in communionem retentis pristinis honoribus, ut scribit Idacius in Chronico, receperat, statuit Innocentius posse in pristinis gradibus ac dignitatibus permanere; eos vero qui perveraciter obstitissent, quiescere jubet, admonens ne Luciferi olim Calaritari in Sardinia Episcopi schisma in simili causa imitentur. Porro Concilium, quod pertractamus, necesse est collocari ante annum 401. quo defuncto jam Simpliciano Venerius Mediolanensem regebat Ecclesiam, ut constat ex Legatione in Concilio Africano decreta ad Anastasium Papam, & Venerium Mediolanensem Episcopum post primum Stiliconis Consulatum. At vero ista Toletana prima Synodus, sub illo eodem coacta est Stiliconis Consulatu, qui anno Christi 400. est assignandus, Anastasio Papa Ecclesiam moderante.

2. Est vero Toletum civitas insignis ad annum Tagum sita, caput Carpetanorum, quae nunc regio Castilia dicitur nova: hujus cogende Synodi duae fuerunt praecipuae causae, schisma Ecclesiarum Hispaniae, praesertim Baeticarum, & Provinciae Galliciae ab invicem dissidentium, exortum ex plerisque factis contra Canonum praescripta ordinationibus, quas quidam subsistere, alii esse irritas, omnique validitate vacuas, prorsusque nullas obnixae asseverabant. Praeterea ex occasione Priscillianistarum haeresis, quae multas Ibericas provincias pervaserat, & discordia inter Catholicos nata, utrum converteret ab illa haeresi Sacerdotes, & Episcopi pristino in gradu post ejuratam haeresim relinquendi essent. Severus Sulpicius hujus historiam haeresis accurate describit, quae Simonis atque Basilidis daemoniacas praestigias, Gnosticum infames spurcitias, & Manichaeorum deliria renovabat. Ejus auctor Priscillianus Episcopus, ea de causa capitali supplicio ab Imperii usurpatore Maximo addidit. Comples Synodus ista canones & anathematismos edidit, quemadmodum etiam Braecensis prima, & Caesaraugustana, quibus ista damnatur & reprimuntur haeresis. Istud quoque observandum est, Toletanum hoc primum Concilium, novum prociudisse fidei symbolum, quo processio sancti Spiritus a Patre Filioque confirmatur his verbis: Est ergo ingenitus Pater, genitus Filius, non genitus Paracletus, sed a Patre Filioque procedens. Ex eadem Hispania Braecensis Concilium primum anni a Ch. 411. in fidei, quam prociudit, professione, hoc idem enunciat: Credo in Spiritum Cabassurii, Notitia Ecclesiastica.

sanctam procedentem a Patre & Verbo. Eadem expressit simul profitentur posteriora Toletana Concilia, tertium anni 589. & quartum anni 633. & octavum anni 653. & undecimum anni 675. Quae omnia celebrata sunt ante annum 700. quo inausa cepit Graecorum dissidium.

3. In istius Toletani primi Concilii canonibus multae proponuntur irregularitates, quae homines a sacris Ordinibus arcent. Cujusmodi sunt publica, quae praecesserit, penitentia, can. 2. Bigamia tum proprie dicta, tum etiam interpretativa, can. 3. 4. & 7. Militia quoque post baptismum, can. 8. Quarum rerum recitatione superfedeo, quia illas alibi exactius a me prosequendum iri spero.

4. Can. V. Hoc exigit ab omnibus Clericis, ut quandoque possunt, Missa quotidie interfiant Presbyter, Diaconus, vel Subdiaconus, vel quilibet Ecclesiae deputatus Clericus, si intra civitatem fuerit, vel in loco, castello, vico, aut villa, in qua quotidianum offeratur Sacrificium.

Can. VI. Item neque puella Dei, aut familiaritatem habeat cum confessore, aut cum quolibet laico sibi sanguinis alieni.

Similiter Concilium Parisiense sub Gregorio IV. regnante Ludovico Pio Francorum Imperatore, haec statuit lib. 1. cap. 46. Clerici vel Monachi ne cum sanctimonialibus colloquantur nisi ex consensu Episcopi, & ex causa necessitatis. Neve ullus Sacerdos alicujus monialis confessionem audiat, nisi coram vestibus haud precul adstantibus. Consulito etiam, quae adnotati ad can. 20. Nicænae Synodi secundae, & ad can. 28. Agathensis Concilii. Vide Concil. Carthag. IV. can. 97. ut religiosis feminis praeponebatur ab Episcopo probetur.

5. Can. XIV. Si quis acceptam a Sacerdote Eucharistiam non sumpsit, velut sacrilegus propellatur.

Veterum itaque ritum abolet, quo libertas fidelibus relinquebatur sacram Eucharistiam, vel intra Ecclesiam praesenti manducatione absumendi, vel manu exceptam intra privatas aedes deferendi. Qua de re pluribus pertractatum supra est ad secundum Ecclesiae Saeculum, in dissertatione 5. de veteribus circa Eucharistiam ritibus. Eadem quoque de absumenda intra Ecclesiam Divina Eucharistia, sanctionem prociudit Concilium Caesaraugustanum can. 3. Causam dedit harum in Hispania constitutionum, Priscillianistarum, qui eas provincias pestifera lue infecerant, nefanda impietas, qui suis in propudiosis & nocturnis conventibus, rebus sacris impie, ut Sulpicius Severus prodit, abutebantur.

6. Can. XVII. Si quis habens uxorem fidelem, & concubinam habeat, non communicet. Ceterum qui non habet uxorem, & concubinam pro uxore habet, a communione non repellatur, tantum, ut minus mulieris, aut uxoris, aut concubinae, ut ei placuerit, sit conjunctione contentus.

Est apud Gratianum cap. is qui, dist. 34. Quicumque canonem istum exposuerunt, concubinas, de quibus loquitur, illas esse dixerunt, quae maritali affectu ductae sunt atque in matrimonium licitum, sed sine instrumentis & conventionibus dotalibus, & citra solitas adhiberi solemnitates, quales erant Abrahami concubinae, adeo ut tales conjunctiones essent a peccato immunes, & vera inter Christianos Sacramenta. Unde mirum est, quid potuerit Ferdinando Mendoza in mentem venire, scribenti ad can. 2. Illiberitanum, ut exposuerit Toletanum canonem istum de pellicibus, ac de fornicariis, legeque Christiana prohibitis concubinis, quarum nullus esse usus potest citra crimen lethiferum. Et cum absolute Christus veter: Nolite Sanctum dare canibus, & margaritas projicere ante porcos. Et alte praedicet Christi Apostolus, & praeco, ut probet seipsum homo; qui enim manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit, non disjudicans Corpus Domini. At vero in oppositum sancta & approbata Synodus in eam praepcepta ruat voraginem, ut Sacerdotibus prohibeat, quantumvis notos, scandalosos, & impenitentes obstinatosque concubinarios ab hisce incontaminatis & tremendis mysteriis excludere ac prohibere; jubeatque publica sanctione Sanctum dare canibus, & margaritas immensa puritatis, atque inappretiable, projicere ante porcos. Quis vero in animum inducat ita decrevisse Concilium istud, cujus proxime sequenti canone studium adeo videtur erga continentiam immoderatum, si sic dicere licet, ut matrimonium aliquod Divino ipso & Evangelico jure licitum, atque a peccato prorsus immune, perpetua puniat